



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XLII. Pactio Aquisgranensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

TITVLVS XLII.

Pactio Aquisgranensis.

ANNO INCARNATIONIS DOMINI NOSTRI  
 Iesu Christi DCCCLXX. Indictione III. pridie nonas Martij, anno XXXII.  
 Karoli gloriosi Regis, Aquisgrani palatio he pactiones inter ipsum & Hludou-  
 vicum Regem fratrem ipsius facte sunt.

INGELRAMVS COMES EX PARTE  
 Karoli Regis.

**S**ic promitto ex parte senioris mei  
 quodd senior meus Karolus Rex fratri  
 suo Hludouico Regi talem portionem de  
 regno Hlotharij Regis consentit habere  
 qualem aut ipsi iustiozem & plus equalio-  
 rem aut communes fideles eorum inter se  
 invenerint. Nec eum in ipsa portione, vel  
 in regno quod antea tenuit, per aliquam  
 fraudem vel subreptionem decipiet aut  
 forconsiliabit, si frater suus Hludouicus  
 eandem firmitatem & fidelitatem quam ex  
 parte senioris mei illi habeo promissam,  
 iste frater suus Hludouicus seniori meo  
 ex parte sua, quandiu vixerit, inviolabili-  
 ter servaverit.

ITEM LEVTFRIDVS COMES  
 ex parte Hludouici Regis.

Sic promitto ego ex parte senioris mei  
 quodd senior meus Hludouicus Rex fratri

suo Karolo Regi talem portionem de reg-  
 no Hlotharij Regis consentit habere qua-  
 lem aut ipsi iustiozem aut plus equalio-  
 rem aut communes fideles eorum inter se  
 invenerint. Nec eum in ipsa portione, vel  
 in regno quod antea tenuit, per aliquam  
 fraudem vel subreptionem decipiet aut  
 forconsiliabit, si frater suus Karolus ean-  
 dem firmitatem & fidelitatem quam ex  
 parte senioris mei illi habeo promissam,  
 iste frater suus Karolus seniori meo ex sua  
 parte, quandiu vixerit, inviolabiliter ser-  
 vaverit.

Hec eadem tertius Theodoricus Comes  
 ex parte gloriosi Regis Karoli, & quartus  
 Radulfus Comes ex parte Hludouici pro-  
 secuti sunt.

Isti presentes fuerunt, Leutbertus Ar-  
 chiepiscopus, Altfrius Episcopus, Odo  
 Episcopus, Adalelmus Comes, Ingelram-  
 nus Comes, Liutfridus Comes, Theodo-  
 ricus Comes, item Adalelmus Comes.

TITVLVS XLIII.

Divisio regni Lotharij.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ  
 DCCCLXX. regni Karoli XXXIII. Indictione III. VI. Idus Augusti,  
 inter gloriosos Reges Karolum & Hludouicum fuit hec divisio regni facta  
 in Procaspide super fluvium Mosam.

ET HÆC EST PORTIO QVAM  
 SIBI HLVDVVICVS ACCEPIT.

**C**oloniam. Vtrech.  
 Treveris. Stratfurch.

Basulam.	Indam.
Abbatiam Sivestre.	Sancti Maximini.
Berch.	Ephternacum.
Niu monasterium.	Horream.
Castellum.	Sancti Gangulfi.